

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 2036

**Auteur(s) :** Gautier de Coutances, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Genre d'acte :** lettre

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1206-1207, octobre]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Gautier, archevêque de Rouen, Robert, évêque de Bayeux, Guillaume, évêque d'Avranches, Lucas, évêque d'Évreux, Jourdain, évêque de Lisieux, Vivien, évêque de Coutances, Silvestre, évêque de Séez, demandent à Philippe-Auguste que les procès sur les patronages d'églises soient décidés après enquête faite par quatre prêtres et quatre chevaliers choisis par l'évêque et par le bailli.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Bonnin Théodose, *Cartulaire de Louviers*, Évreux, Hérissé, 1870-1873, 6 vol., t. 1, n° CXV, p. 154.
- b. Société de l'histoire de normandie, Vernier Jules-Joseph, *Recueil de fac-similés de Chartes normandes, publiés à l'occasion du cinquantenaire de sa fondation (1869-1919)*, Rouen/Paris, A. Lestringant/A. Picard, 1919, Planche XX, p. 23-24.

## Dissertation critique

« Avant 1207, octobre » : datation proposée par J.-J. Vernier. Cet acte est postérieur au début de l'épiscopat de Robert des Ablèges, évêque de Bayeux (1206-1231).

Texte établi d'après b

Excellentissimo domino suo Philippo, illustri Francorum regi serenissimo, W[alterus], Dei gratia Rothomagensis archiepiscopus, et suffraganei sui R[obertus], Baiocensis, W[illelmus], Abrincensis, L[ucas], Ebroicensis, J[ordanus], Lexoviensis, V[ivianus], Constanciensis, S[ilvester], Sagiensis, salutem et paratum in omnibus obsequium. Pro salute anime vestre et predecessorum vestrorum unanimiter requirimus quod de ecclesiis vaccantibus, unde contentio est et contentio erit super presentatione earum, recognitio fiat per quatuos (sic) presbiteros et per quatuor milites. Et episcopus sive archiepiscopus, in cujus diocesi contentio erit super presentatione ecclesie, et ballivus domini regis illius diocesis eligent bona fide presbiteros et milites fidei et legatios quos poterunt invenire ; et quatuor presbiteri et quatuor milites jurabunt super sacrosancta, et episcopus ex inde excommunicabit, sive archiepiscopus, quod ipsi octo dicent ad quem debeat spectare donatio ecclesie de jure patronatus. Archiepiscopus vero, sive episcopus, et ballivus domini regis singulos presbiterorum et militum qui juraverunt pro recognitione diligenter seorsum examinabunt unum post alium ; et in quem major pars convenerit, ille habebit jus patronatus. Et si illi octo non possent scire ad quem deberet spectare donatio ecclesie de jure patronatus, ipsi dicent qui ultimam fecit presentationem ecclesie ; et ille inde habebit seisinam ; et si aliquis clericus contra hujusmodi institutionem venire presumeret, nos essemus in nocumentum eidem clerico de querela ista. Et nos concessimus bona fide unanimiter quod nos hujusmodi negotium sine dilatione terminabimus ; et si aliqua

contentio inde emergeret, negotium ad dominum regem referetur et dominus rex inde faciet sicut viderit expedire. Nulla vero ecclesia unde contentio fuerit interim poterit donari ab archiepiscopo vel episcopo antequam diffinitum fuerit sicut supradictum est, nisi vaccaverit per sex menses, salvo etiam tunc jure patronatus ei qui patronatum obtinuerit. Archiepiscopus vero sive episcopus super hiis non posset se exoniare nisi haberet essonium proprii corporis ; et si essonium proprii corporis haberet, tunc, loco sui, mittent bona fide fideiorem et legaliorem quem posset invenire ad id faciendum. Valet bene.